

voluit martyre. Tempore igitur supra dicti regis Pipini quidam erat comes nomine Gerardus Parisiensis¹, cuius uxor Rotrudis nuncupabatur². Haec in fisco haud procul Parisii Riogilo habitans, sub beati Dyonisii natalis diem cernit suas otiosas esse puellas. Quae cum ad se vocatae fuissent, quam ob rem otio torperent, austere eas invexit. Quarum una, quae supra ceteras erat: 'Sollemnitas', inquit, 'beati est Dyonisii, et ob id ratum³ eam esse duximus sollemniter celebrandam'. Et materfamilias: 'Vadens', ait, 'et instanter operare. Nos vero qui extra dominium eius sumus, eam a nobis minime coli oportet'. Verum cum imperio eius parere vellent, favente Domino et meritis Christi martyris obtinentibus, subito tanta coruscatio atque aquarum venit inundatio, ut domus omni cum supellectile uno rapta impetu, in Sequanae fluvium dimergeretur, et quae unum noluit diem ducere festum factum est ut totum perderet anni subsidium. Sed homines per Dei providentiam ab illa liberati sunt tempestate, quod ideo credimus gestum, quo dies ille iugiter sollemnis observaretur.

Daran reihen sich die Wunder I, 6. 9. 10. 18. 24. II, 31 der längeren Schrift. Die letzten Worte der Hs. sind: 'dignanter efficiat'. Was die Personen in dem obigen Texte anlangt, so erscheint der Abt Chillardus (= Helardus) von St. Denis in den Merowingischen Königsurkunden von 706—716, Abt Godobald 727. Dodo, der Urheber der Ermordung Lamberts, an der auch Godobald theilgenommen war, ist aus der V. Lamberti bekannt. Der Graf Gerard von Paris, von dem im zweiten Wunder die Rede ist, kommt 753 urkundlich vor (vergl. Oelsner, König Pippin S. 325).

fol. 38. 'Beatus Gregorius Turonensis episcopus de sancto Remigio episcopo. Remigius Remensis urbis episcopus, qui ut fertur' (in Gl. Conf. 78).

fol. 40'—45. Die alte V. Remigii.

fol. 67' findet sich von etwas späterer Hand das folgende Verzeichnis der Geschenke, welche im 11. Jahrh. der Reimser Kathedrale dargebracht worden sind, mit Angaben über ihre Vertheilung: 'De his quae communitas habuit et quibus thesauris⁴ non communicavit'.

Rodulfus homo regis de Asneriis, mortuus in domo Garneri de Hospitali, duos equos nobis dimisit.

Ancilla Beatricis nomine Emmecins. dedit nobis unum harponem, quem Diso a nobis emit.

1) siensis *atr. nigriore in ras. c.*

2) batur *atr. nigriore in ras. c.*

3) reatum (?) *pr. m. c.*

4) thesaurus (?) *c.*